eiusq Posteris cesserunt et condescenderunt, prout praesentibus cedunt et condescendunt omneq et integrum Jus suum sibi ad praemissa serviens in Personam eiusdem Gnosi Stus Pocillatoris Wielunen, eiusq posterorum totaliter et plenarie transtulerunt, transfuderunt, et incorporaverunt, prout praesentibus transferunt transfundunt et incorporant. Per ipsum Generosum Paulum Michaelem Stus Pocillatorem Wielunen cessionarium suum et ipsius posteros, has easdem Causas et Actiones Judicianas universas per praesentes abscessas coram quovis Judicio et officio Regni promovendi et ad debitum Juris ordinem easdem Causas deducendi poenas Judiciales levandi, de levatis quietandi, praemissaq oia tanquam sua propria ad suos suorumq successorum quoslibet beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, idq Juris praesentis abscessi et transfusi vigore. Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Tertia post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 6/V

Rogozenski Drohoiowskiemu roborat.

1990

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemyslien. Generosus Basilius Pogorenski, sanus mente et corpore existens,

267 à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recendo, praesenti vero Castren. Capitan. Praemyslien. Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subyciendo, palam publicè, liberè ac per expressum recognovit. Quia ipse se, ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis, Generoso Christophoro Thoms à Drohoiow Drohoiowski inscribit et obligat praesentibus, scriptum certum manuale, super summam Trecentorum Triginta florenorum Polonicalium per se Recognoscentem in rem et manus eiusdem Generosi Christophori Thoms à Drohoiow Drohoiowski, eiusq successorum ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali Contentorum, de Actu et data illius in Praemyslia, die hodierna in Actu contenta, confectum et conscriptum datum, manu sui Recognoscentis propria subscriptum in omnibus et singulis scripti praefati manualis Conditionibus, punctis, clausulis, articulis ligamentisq ac nexibus generaliter universis, eidem Generoso Drohoiowski firmiter tenere, complere, exequi, ac

inviò

inviolabiter observare, omnibusq et singulis illius contentis, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum praefatum manuale ad inscriptionem praesentem roboratoriam et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale vicissim in toto referendo. Saq sub rigore Iuris et ligamentis in eodem Scripto contentis, per eundem Recognoscentem Gnosum Rogozinski aut eius Successores praenominato Generoso Dwhorowski sive eius Successoribus, ob non completionem Contentorum scripti praefati manualis, omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad Luendum succumbendo. Pro quo quidem rigore modo praemisso ad Luendum succubitu, ac pro re aliqua principali ex contentis scripti praefati manualis non completa, complenda. Citatus ex nunc memoratus Recognoscens Gnosus Rogozinski, sive eius posteri. Ad instantiam supra scripti Gnosi Christophori Thomae à Dwhorow Dwhorowski sive eius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc et ipsi supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino, tanquam peremptorio, stare Iuri parere, respondere rigorem eundem Iuris, scripto eodem manuali in se bonaq sua omnia libere assumpto Luere, in scriptum praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit, et tenebitur, seque-

ac suos Succores ad eadem omnia inscribit, et obligat praesentibus. Illumq Terminum primum peremptorium, uti et alios omnes exinde subsequentes, causae ejusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate, Sui Fororum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta, ad quietatorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. ad quietationem praeterea ultra primos et proximos Officy praefati Castren. Praemyslien. Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac prae missa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis, evasionibus suspensionibus fatalis Juris praescripti Temporibus, bello, conventionibus, ac aliis omnibus Juris mediis, et defensio non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Podolski Moczulskiemu Roborat.

267 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemysliensibus Generosus Michael de Podolina Podolski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc accernet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus

totali